

COMMENTARIA
AD
CONSTITUTIONES
Apostolicas,
SEU BULLAS SINGULAS
SUMMORUM PONTIFICUM
In Bullario Romano contentas secundum collectionem
CHERUBINI,
INCIPENTES
A DIVO LEONE MAGNO,
AUCTORE
VINCENTIO PETRA
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALE
Tituli Sancti Onuphrii.
TOMUS PRIMUS.



VENETIIS, MDCCXLI.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



FRANCISCUS TOSQUES LECTORI.



Ogitanti mihi saepenumero, quamobrem, cùm in adornandis variis Pontificii Juris collectionibus à primis fermè Ecclesiæ temporibus, prästantes pietate, doctrinaque Viri, cum Graeci, tum Latini, summa diligentia, & maxima laude versati sint: tum inconcinnatas, seu breves notas, seu perpetua ediderint commentaria: illa tantum hujus Jūris pars, Apostolicas Constitutiones, sive (ut ajunt) Bullas quæ continent, quæque, uti est, novissima appellatur, nullius sit adhuc illustrata lucubrationibus: Nullius enim, quod sciam, hujus argumenti conatus vidi mus haētenus, qui nempè universum corpus hoc aggredi sit ausus: Non alia profectō ratio veniebat in mentem, quād quōd eruditis, sanctiorisque Jurisprudentiæ professoribus, novissimum hoc Pontificum Maximorum Jus cùm ad Fori usum spectare maximè, tum religiosarum instituta familiarum, & oeconomiam attingere, similiaque, quorum nec liberalis cognitio, nec admodum necessaria videatur: Forensibus autem, pragmaticisque hominibus, satis per se claræ, apertæque visæ sint, evidenterque patere, quād ut ullius commentarii luce magis dilucidari queant. Quæ mecum ipse sedulò reputans, non potuimus adduci, ut ab eorum judicio non magnoperc dissentiremus, atque in eam facile descenderemus sententiam, optimè de sacra Jurisprudentia, bonisque litteris, & Foro, meritum, qui universum hoc postremum Jus perpetuis illustraret commentariis. Id quod cùm facile in primis unius Antonii Augustini consultissimi simul, ac eloquentissimi viri, cuius præclarissima sanè, & tantum non divina in omne penè litterarum genus extant promerita, persuaderet loco omnium authoritas: qui, cùm suis emendationum libris Juris Pontificii, & Civilis labes abtersisset, nihil antiquius habuit, quād hujus quoque postremæ partis præcipua capita colligere, & animadversionibus illustrare: Tum profectō, quanta sit novissimi Juris hujus dignitas, ac prästantia, quin & jucunditas, quodque honestè ab cultioris Jurisprudentiæ professore ignorari minimè possit, non uno possemus rationis genere ostendere. Verum, quando haec fusè prosequi neque loci, neque scriptioñis hujus ratio expostulat; satis mihi visum est, illam rerum omnium cognitionem, Lectoris ob oculos ponere, quam sibi hoc unum novissimum Jus exposcit. Id quod licet neminem ignorare arbitrer, nisi, aut vehementer ipsi fallimur, in maxima is rerum ignoratione versetur: tamen de infinita penè re, commodum hic putavi quam brevissimè præcipua commemorare capita. Eorum namque imprimis flagitat scientiam, quæ Fidem spectant, & dogmata, cùm aut in Conciliis de Religione decretis, quo perpetuò constarent, divina



A D
COMMENTARIA
IN CONSTITUTIONES
A P O S T O L I C A S,
 seu Bullas
S U M M O R U M P O N T I F I C U M .

P R O C E M I A L I A .

S U M M A R I U M .

- 1 *V*eritas examinata magis splendescit.
 2 *Quamodo imitanda sunt ab Authoribus apes ex diversis floribus meli diligenter.*
 3 *Ordo in omni opere apparet necessearius.*
 4 *Sensus Authoris in hoc opere.*
 5 *Brevitas commendatur, dominatio non oblitus insig-
nientia, & innivit ordo Operis.*
 6 *Micrum caputque Operis summae ab invoca-
tione Divini Nomini. Id preflatus Author, subito
cuiusdam sum opus censura S. Romana Ecclesie.*
 7 *Principium est cuiuscumque rei pars postrema.*
 8 *Exprimitur ordo habendas in sequentibus §§.
Prograssiibus.*



Rerum Commentariorum operis ag-
greditur, multa à Viris Illustribus dif-
fertim relata inventi, quae juncte sub or-
dine posse: non quam enim su-
cienda sunt, que priores differunt,
cum nichil sit Sole novum: ut enim

est ab aliis inventa, vel cultu reddere blandiora, vel
ex acutissime subiecta; viritas namque sepius
examinata magis splendescit, & grave non. 35. q. 9.
Iason. in L. Iacobus apud R. C. de iud. & Petrar. epist. 7.
tradit, imitandas esse apes ex diversis floribus meli
diligentes. Ego vero timeo, quoniam impetus in polle-
ctione a tot excellentibus viris, quorum auctoritate
in hoc opere utat, ipsis materialis naturalem dulce-
dinem auferat. Hinc quae brevi tempore, tot incis
occupationibus praedictis, valui colligere, ut ea
rue dabo non queratur, pro viribus ordini re-
sumi, nam ubi non est ordo, ibi confusio, & felice
quid facias, ac nefice quo ordine facias, non est per-
fecte cognitionis, Baldi in præpos. ff. vnum. 2.

Opus itaque quod fulcitur, est commentari Bullas, seu Constitutiones Apostolicas: non quidem
sensum illarum detorgendo, aut extrendendo, ut à
propria Legislatoris mente deflectam; sed in variis

Petrus Comment. Tom. I.

materias in Bullis eminencias, sermonem protrahimus declarando juxta sensum Bullis, limitando secundum alias posteriores Constitutiones, & dubia inde emergentia explanando, iuxta opiniones DD. ac ubi Commentarium magis longum erit necessarium, illud dividam in sectiones, ut materias lebenti com-
modius legendas prepararem.

Ceterum brevitatem, quoad fieri potest, ample-
cti erabo, cum gaudent brevitate modetni, ut
ne etiam syllabam minime necessariam appondat,
ext. 1. f. quodmetu causa, Paris de Panco tract. de
Syndic. i.e. de excess. Advoc. in præsc. & quod brevior,
et dilucidior ac cognita facilior narratio sit. Cic. r.
rhet. ita cum brevitate libdebo, ut nihil intelligentiae
destrahatur, ne, dum brevis esse labore, obscuras
sunt: Arg. rex. in l. 1. §. 1. f. de hæred. in his. l. ver-
bum ubi Glod. & Bal. C. de fiduciam. Sed quia in plu-
ris Bullis aliquando eadem agitur re, id est alii-
qua in una, cetera in sequentibus adjiciant, ne inuti-
tis repetitio fiat; quandoque tamen in aliquibus pe-
culiaribus conclusionibus, sive ubi una opinio con-
tra dictiores habebit, tunc in probationibus adducen-
dis, arque in adverbaliorum argumentis referendis,
& constantibz longius morabor, ne cursum differen-
do articulare, deficit in probalione, & claritate,
quasi fulgida materia postulat, sicut non raro
dilectionem cumulum ponere in quacumque con-
clusione, non quidem labore pessimum, sed con-
siderando longum opus, quod aggredior, parce usus
sum aliquando auctoritatibus.

Veniam, quia iniunxi cuiusque operis sumi debet ab invocatione Divini Nomini, sive cuius natu-
ris operis faciliter, arque concinnè finem agnoscere possit,
ut servarint etiam Gentiles, Plato in Timo. fol. 733.
verbi finem, Cic. l. de leg. fol. 14. in finem quapro-
ptet ego indignus §§. Trinitatem invoco, Patrem,
& Filium, & Spiritum S. ad quoniam, & per quoniam
emilia distinguunt; imploro quoque auxilium Beati-
fissime temporis Virginis Marie, sedet inique meo
rum Patelacionum protectionem: & cuncta in hoc

A. opere